Cochleæ marinæ Neritæ Æliani dictæ. Neritiſche Meer-Schnäcken.

Sunt Cochleæ marinæ globoſæ ore ſuperius ſemicirculari, inferius recto, et è latere ſiniſtro leviſſimè denticulato, ac cum baſi quaſi plano, excepto quod in duabus extremis partibus oppoſitis paululum emineant: turbine obliquè verſus dextrum baſeos latus acuminato, et extimâ ſpirâ ob parvitatem vix notabili, quandoque pulcherrimè variegatæ è diverſis coloribus, ac diverſimodè diſpoſitis.

Cochlea marina Nerita Æliani dicta eleganter variegata è fuſco maculis albis intermixtis, quæ maculæ eò longiores ſunt, quo magis ſe extimo turbinis apici approximant.

Eadem, ſed ex albo maculis partim fuſcis, ac partim caſtanei coloris variegata.

Eadem, ſed maculis longioribus, et maioribus ſtatim propè marginem oris ſitis, minoribus verò prope turbinis apicem.

Eadem ex albo maculis caſtaneis elegans reteeſformantibus exornata.

Ex albo maculis fuſcis rete effformantibus exornata, et in medio fimbriâ albâ condecorata.

Variegata ex albis, et rufulis maculis, et fimbriata triplici fimbria iisdē maculis conflata.

Fimbriata duplici fimbriâ ſecundum ſpiras ſitâ, nigrâ reticulatâ in albo exornata.

Glauca ex albis cinereis, et nigris minimis punctis variegata circa turbinis apicem maioribus maculis exornata.

Obſcurè cinerea circa turbinis apicem flaveſcens, in turbinis autem apice alba.



Cochleæ marinæ Neritæ Æliani dictæ minimæ flaveſcentis coloris, ſed turbine depreſſiore, et extimis eius ſpiris craſſioribus, ac longè notabilioribus, nec ità acuminatis.

circa marginem ſtriata. fimbriata. ſtriata.

Cochlea fluviatilis Nerit. Ælian. dicta. Liſt. Conch. Sect. 3. de Coch. fluv. dep. icone 4. A.

Cochleæ marinæ Neritoidææ dictæ. Neritoideiſche Meer-Schnäcken.

Sunt Cochleæ marinæ quaſi ſupra et infra depreſſæ, et planæ, ore inſtar maioris latini S. formato, et cum baſi omnimodè plano ac æquali, labio oris dextro intus, et extus fimbriato, fimbriâ externâ uſque ad extimum turbinis apicem producta, ſiniſtro oris labio canaliculato, et unà cum baſi inſigniter labiato turbine quoque valdè compreſſo et umbonato, ac extimis ſpiris tantillùm ſolummodo eminentibus, ità, ut ad cochleas depreſſas et quaſi planas iure meritò reduci poſſent, diverſimodè variegatæ.

Cochlea marina Neritoides dicta, fimbriata, fimbriâ obſcurè caſtanei coloris ſecundum ſpiras ſitâ, circa extimum turbinis apicem exornata, et in ſummitate ſpiræ primæ maculis eiuſdem coloris condecorata, in lurido albo.

Eadem, ſed fimbriis et maculis fuſci coloris, fimbriâ labii oris dextri albeſcente lineâ notata.



Eadem, ſed fimbriis et maculis longè dilutioris coloris.

Eædem, ſed fimbriis, et maculis cinericei coloris, et inter has ex albo, et flaveſcente variegatæ, baſi albâ, vel albeſcente.